



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Liberum arbitrium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



voluit, confensit, propensus fuit erga rem aliquam, nonnulli à verbo *voluit*, illaqueavit; & in coniug. Hiphil, *He*...

nos regenerat, vt in hac regeneratione perstemus praestat: quamuis nec sine nobis iam operetur, nos enim in hoc ipsum creat & conseruat, vt et tanquam principali agenti cooperentur: quae causa est cur in hoc statu non raro Scriptura facta nobis tribuat quae agit in nobis gratia Dei: *Jer. 31. 18. Rom. 8. 26. 1. Cor. 15. 10. Ephes. 6. 11. Coll. 3. 5. 2. Tim. 1. 21. Addamus alia.*

TESTIMONIA SCRIPTURAE.

Homo corruptus, & sub peccato constitutus, adeoque sibi relictus est spiritualiter mortuus, *Ephes. 2. 1. & 4. 18.* Intelligentia verò destitutus, *Rom. 1. 21.* iacens in tenebris, *Ioan. 1. 5. Matth. 6. 23.* dicit Deum non esse, *Psal. 14. 1.* ad turpissima fertur, *Ephes. 4. 19. 22. Rom. 3. 9. &c.* est seruus peccati, *Ioan. 8. 34. Rom. 6. 16. 17. 20. & 7. 14.* filius & mancipium diaboli, *Ioan. 8. 34. 41. 44. 1. Ioan. 3. 8. 9. 10.* In malo positus & peccatis mancipatus, *Genes. 6. 5. & 8. 21. Ierem. 13. 40. 23. & 17. 9. Matth. 7. 18. Ioan. 12. 39. Rom. 8. 7.*

Contemnit verbum Dei, *Ierem. 6. 17. 19. Ioan. 8. 47.* nec potest audire, *Ierem. 6. 10. Ioan. 8. 43.* Blasphemat verbum auditum, *Ioan. 8. 48. 51. Act. 13. 45.* Non credit Christo, neque in Christum, *Ioan. 5. 46. 47. Act. 13. 41.* Non vult credere, *Ioan. 5. 40.* non potest credere, nec ad Christum venire, *Ioan. 5. 44. & 12. 39.* Non diligit Deum, *Ioan. 5. 42.* Nihil aliud facit quam quod malum est & peccatum, *Psal. 5. 10. & 10. 3. & 12. 3. & 14. 1. 3. & 36. 2. & 140. 3. 4. & 159. 3. & c. Rom. 3. 9. & 19. ad 19.*

Vide praeterea quid de statu hominis regenerati & sub gratia constituti tradant scripturae, *Ierem. 2. 4. 7. & 23. 11. 19. Act. 11. 18. 2. Thess. 3. 2. Philip. 1. 29. & 2. 13. Ierem. 31. 18. & 31. 37. & 176. Cant. 1. 4. Matth. 6. 12. 13. Rom. 8. 13. 2. Cor. 13. 5. Ioan. 15. 5. Rom. 8. 25.* Nihil habemus boni, quod non acceperimus: omne donum perfectum à Patre luminum, Soli Deo honor & gloria.

SENTENTIAE BIBLICAE.

*Liberum arbitrium ad bonum cognoscendum illuminatur.* Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac. Nolite fieri sicut equus & mulus, *Psal. 31.*

In lumine tuo videbimus lumen, 35. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris cum, 93.

Reuera oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, 118. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, *Ioan. 1.*

Deus enim illis manifestauit: inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta, conspicuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles, *Rom. 1.*

Et nonneceffe habetis vt aliquis vos doceat: sed sicut vinctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium, *1. Ioan. 2.*

Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluit? *Matth. 23.*

Sine me nihil potestis facere, *Ioan. 15.* Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, *Romanor. 8.*

PATRYM DICTA.

Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus, *Aug. epist. 107.*

Quomodo quisquam de libero arbitrio in bono glorietur operere, qui nondum liber est ad bene operandum, nisi se vasa superbiam inflatus extollat, quam cohibet Apollolus dicens, Gratia salui facti estis per fidem, *idem, Ench. ad Laur. c. 30.*

Sine gratia Dei nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere, *idem, epist. 107.*

Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum quod surgit ex nobis, sed per spiritum S. qui datus est nobis, *idem lib. de Spiritu & litera, c. 3.*

Vide eundem Augustinum lib. 3. contra 2. epistolam Pelagian. c. 8. & ad articulum 15. sibi falsè impostum. De natura & gratia contra Pelagianos, c. 22. 23. De perfectione iustitiae contra Coelest. Resp. ad cap. 3. & 9. *In Psal. 84. lib. 5. de Civit. Dei, c. 3. & lib. 19. c. 15.* Contra Iulian. Pelag. lib. 4. c. 3.

Sine Christo omnis virtus in vitio est, *Hier. in c. 3. ad Galatas.*

Vide etiam Lactantium lib. 1. Inst. diuin. c. 1. Atheniger in legata pro Christianis, *Hilar. lib. 4. de Trinit. Inst. martyri. in 1. exhort. ad Graecos, & in apolog. 2. Clem. Alexandr. lib. 5. Stromat. Ambros. lib. 1. de vocat. Gent. cap. 2. & 3. Fulgent. de Incarn. &c. cap. 15. Concil. Carthag. in epist. ad Innocent. 1. & Innocent. rescriptum: epist. item quinq; episcoporum ad eundem: Concil. Milevitanum, quod citatur Tit. de Consecr. dist. 4. can. 15. Placuit Concilium Itraciscanum circa tempora Leonis 1. Can. 13. 4. &c. vlt. ad 25. In his multa continentur lectu digna. Vide etiam Bernardum in Cant. & tract. de libero arb. & gratia Dei.*

QEE

Nos

1. Creatiois, 2. Corruptiois, 3. Regenerationis, 4. Iustificatiois.

Depremo & postremo statu conueniunt omnes Christiani. Quod est: vt variaz fuerint sententiae. Rem placide, sine veritatis praesidio, in epinomis. *Corruptiois* statum est, in quem homo à peccato delinens & Satanae dicto, ita quoque audiens, nulla vi conuenit allata, se cum posteris suis in exitum aeternum dedit impetum, adeoque imaginem Dei quae tum in mentis luce, tum voluntatis & reliquarum partium rectitudine apparebat, abdidit. Inde sequuta est tanta mentis caecitas, tum ceterarum partium facultatum deprauatio, vt neque ea quae regnum Dei continent, comprehendere ante nouam lucem, neq; probare aut esse possit, quae potius ab illis maxime abhorret, & ei stultitia mentis, *1. Cor. 11. 8. & 14. 2. Cor. 5. 5. & 4. 4. Phil. 2. 13. Ioan. 3. 19.*

Cum in hoc statu vitae voluntatis forma sit impuritas, superest animae corruptum propinquam potentiam seu libertatem, imo propensionem ad malum tantummodo habere. Quamuis enim natura bona, & ea quae non superant caprum rationis humane vellemus, vt conseruationem patriae & similia bona in se; non tamen ea velle potest quae bona, & Deo grata, neque qua vult, bonae esse possunt, quae prope neque eo modo, neque eo sine quo deest, ea vult, cum sit impurus, immundus autem omnia immunda, *1. Cor. 15. 50. & 1. Tim. 2. 15. Tit. 1. 15.* Denique cum ibi non possint esse virtutes, non est vera religio, ea quae in ethnicis adeo extolluntur coram Deo peccata & virtutum simulacra potius, quam verae esse dicimus.

Postquam Conuersionis status seu Regenerationis, in quo homo liberatur vocatur à Deo, in imaginem Dei sensim transmutatur, tum nouam lucem in mente prius tenebris obstita recipit: in voluntate per totam omnino à vita Dei quandam rectitudinem & impetum ad bonum; denique in omnibus affectibus nouam integritatem, ex quibus nouus homo & noua. Creatura vocatur. Verum cum duplicem adhuc retineat formam, sanctitatis & gratitudinis, primitias noui hominis & reliquias veteris, necesse est ut vultu duplicem habeat potentiam propinquam; vnam ad bonum, alteram ad malum; idque in rebus bonis & malis, itemque in actibus. Est autem multum discriminis sit inter non renatum hominem, quoad actiones ciuiles & naturales; in hoc tamen conueniunt, quod neuter plura potest intelligere, velle, vel praestare, quam quae aeterno suo consilio statuit illis Deus percipienda, elidit, & praestanda.

Quomodo autem in generatione homo genitus nihil contulit, nec in regeneratione, quomodo enim qui se ad carnalem vitam reuertit, non potuit, cum nullquam ellet, ad spirituale vitam reuertit? Christus & Ioannes Euangelista hanc natuitatem à peccatis elidit, *Ioan. 1. & 3. &c.* Nec mirum: siquidem non tantum est miraculum, mortuum in peccatis viuificare, quam Latentem temporali vitae restituere: *Coloss. 2. 15. Ioan. 11. 5. &c.* nec mirum potius requiritur ad cor ex lapideo carnum faciendum, quam ad liquorem ex saxo exprimendum: *Exech. 11. 19. Exod. 17. 6.* Quae quae creaturam elicit vt patueret esse creatura, ita qui

